



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Scientia Salvatris, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam  
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

**Laberhittel, Samuel**

**Ingolstadii, 1660**

153. Sabb. De septem gaudijs animæ gloriosæ B. Virginis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

*Feria 6. post Dom. 4. post Pascha. 267*

Remunerationis: particularibus, præteritis, expectatione ad poenitentiam, justificatione, conservatione in gratia: præsentibus, gloria æterna. Si quis me ex ægro sanum, ex paupere divitem, vili honoratum, misero felicem effecisset, nonne dicerem: Si oblitus fuero tanti beneficii, oblivioni detur dextera mea: & si non ero memor beneficii in principio lætitiæ meæ adhæreat lingua mea faucibus meis: quid est ex non esse ad esse deduci, & quidem beatum esse.

*Conf. 3.* Quomodo ingratitude è contratio fita fit. 1. In non compensatione. 2. Nec gratiarum actione. 3. Nec agnitione beneficii. Disquiram, ubi deliquerim, & contra ingratitudinem tanquam spiritum diaboli, ut loquitur S. Brigitta l. 2. c. 17. me armabo, propter quam **DEVS** peccata permittit, lib. 4. cap. 39.

**MEDITATIO CLIII.**

*Sabbato post Dom. 4. post Pascha.*

*De septem gaudijs animæ gloriosæ*

*B. Virginis.*

**V**idebo felices, ita dictos, quod magnum bonum stabiliter obtineant: Felicissimos, quod omne bonum possideant sine fine: quod Deus est, in quo omnis ratio boni invenitur, & hoc bonum possedit B. Virgo me-

**M 2 liore**



268 *Sabbato post Dom. 4. post Pascha*  
liore modo. Petam intelligere gloriam B.  
Virginis, & pro modo consequi.

*Conf. 1.* Gaudium B. Virginis, visionem  
Dei, quæ est præmium amoris, atqui nemo  
fuit par amore B. Virgini, nemo igitur magis  
participat visionem Dei, quam Diva.

2. Ex magnitudine gratiæ ortam, quia  
nemo fuit æqualis gratiæ B. Virgini Matris  
Dei, si igitur alij Sancti & Angeli pro magni-  
tudine gratiæ Deum vident, magis Diva in-  
comparabiliter.

3. Ex magnitudine cognitionis B. Virginis,  
quæ superavit omnem intelligentiam: si igitur  
tur major Dei cognitio generat majorē ejus  
amorem, & iste meritum, & hoc visionem, o-  
qualis fuerit Oceanus gaudiorum B. Virgi-  
nis ex immensa cognitione Dei.

4. Ex intellectu revelationum de possi-  
bilibus, quæ cum sint infinita, propter Dei  
potentiam, infinitam, & beatioribus plura  
sine fine revelentur, & Diva sit omnium bea-  
tissima, o qualis abyssus gaudiorum hinc  
progerminabit.

5. Ex gaudijs DEI increatis, & Christi  
creatis, atque increatis, Angelorum, & San-  
ctorum omnium.

6. Ex laude simili increata Dei, & creati  
Beatorum omnium.

7. Ex gratiarum actione, quæ ab ipsa  
primo



*Sabbato post Dom. 4. post Pasch. 269*

principijs derivatur. Cùm certus de fide sim, quòd visio beata Dei non obtineatur, nisi amore Dei, & quòd eadem visio sit præmium amantis Deum, & quòd amare Deum nequeat ullus, nisi ante cognoscat; possúmne in alia re occupari, quàm in consideratione Dei? possúmne aliud, quàm Deum amare? Certè si depellendæ miserix, & acquirendæ beatitudinis causâ faciunt omnes homines, quidquid vel boni, vel mali faciunt; & beatitudo mea sita sit in Deo solo, resolvam me ad hunc unicè quærendum in omnibus, semper, & ampliùs, donec invenero, & fructus fuero. *Si quotidie oporteret nos tormenta perferre, si gehennam ipsam parvo tempore tollerare, ut Christum videro digni essemus venientem in gloria, & Sanctorum ejus numerosociari, nonne erat dignum pati omne, quod triste est?* Ita D. August. Serm. 2. de omnibus Sanctis.

MEDITATIO. CLIV.

Dominica 5. post Paschas

*De dono Orationis.*

**A**spiciam Dominum liberalissimum dare volentem, quidquid petierimus. Petam cum Apostolis: *Domine, doce nos orare, Luc II.*

*Conf. 1. Ineffabilem Domini erga nos benignitatē, ut loquitur Petrus Chrysol. Serm.*

M 3.

70. Sup.